

66.
est. hoc idem filii. scriptura declarat. Quia in exodo
dixit dominus. Ego ante cedo te in nomine meo. & voca
bo in nomine meo dominum in conspectu tuo. Dominus ergo
dixit. Quia nomine suo vocavit dominum. Dominus ergo. &
patri nomen & filio. Cum autem unum nomen sit
patris & filii. accipe quia & spissi idem nomen sit.
Quo & spissi sedes in nomine filii venit. Sicut scriptum
est. Paraclitus autem ille spissi quemmittet pater
in nomine meo. Ille vos docebit omnia. Quia uite
venit in nomine filii. utique in nomine patris & iam
venit. quia unum patris & filii nomen est. Sic fit.
ut unum patris & filii nomen sit & spissi. Nec enim
aliud est nomen sub celo ullum. in quo oportet
saluos fieri. Simul docuit uirtutem diuini nomi
nis esse credendam. nondisparsilitatem. quo in uni
tate nominis christi. In suo autem nomine venturus
antichristus est. Sicut scriptum est. Ego ueni in
nomine patris. & non accepisti me. si alius uenerit
in nomine suo. illum accipies.

XIII.

Edoctum est igitur exhibet non esse in patre & filio
& spiritu paraclito. nominis diuersitatem. Et quod